

www.e-rara.ch

Enchiridion biblicum succinctius

Heidegger, Heinrich

Tiguri [Zürich], MDCLXXX [1680]

ETH-Bibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-33815>

Liber secundus. De libris apocryphis vet. testamenti.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.


e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



LIBER SECUNDUS.

DE

LIBRIS APOCRYPHIS
VET. TESTAMENTI.

CAPUT I.

DE

*Libris Apocryphis Veteris
Testamenti in genere.*

Libri Apocryphi duūm sunt generum.

I. *Apocryphi Ecclesiastici*, qui præ cæteris digni habiti sunt, qui cum Canonicis eodem volumine conjuncti in Ecclesia legerentur, sive privatim, sive publicè etiam. ut in Ecclesia Occidentali factum. Sūntque illi

1. *Morales.* puta.

a. *Sapientia.* Quo libro veræ Sapientiae documenta varia, (6) ejusdem acqui-

tio, (8) denique oratio, quâ Solomon personatus sibi Sapientiam argumentis pluribus à Deo conciliare nititur, (19) traduntur. *Sapientia Capp. 19.*

- b. *Ecclesiasticus*, seu *Sapientia Jesu, Filii Sirach*, in quo tum Sapientiæ origo & encomium, (1:1-10) tum gnomæ eximiae de pietate & virtutibus reliquis, (1:11-44) tum Sanctorum Patrum, virorum illustrium, ob fidem & virtutes eximias, (50) tum denique Oratio à Siracide ad Deum ardentem effusa (51) exponitur. *Ecclesiastici capp. 51.*

2. *Historici*. ii.que

- a. *Impropriè* tales, seu *dramatici*, incertis autem authoribus, fictis quàm veris similia edifferentes. Immiscentur etiam alii, Prophetarum speciem præferentes. Suntque

α. *Tobias*, historiam vitæ & familiæ Tobiti, (13) nec non mortis ejusdem & filii Tobiae (14) complexus. *Tobia capp. 14.*

β. *Baruch*, historiam libri Baruchi, (1:1-15) & librum ipsum Hierosolymam missum, (1:15-f.) comprehendens. *Baruch. capp. 5.*

γ. *Epistola Jeremia*, quâ & Prophetia de captivitate Babylonica instante, (v. 1.2)

(v.1.2.) & parænesis ad Judæos captivos, ne Chaldæorum idola colant, (72) continetur. *Epistola Jeremia vers. 72.*

δ. *Judith*, ubi Nabucodonosoris & Holofernīs Judæos vexantis res secundæ, (7) & consecutæ mox adversæ, & Juditha procurante Holofernīs exitium tristissimum, (16) narrantur. *Juditha capp. 16.*

ε. *Esdra tertius*, Templi Hierosolymitani destructionem, (1) & restorationem (9) recensens. *Esdra III. capp. 9.*

ζ. *Esdra quartus*, Prophetiam de Judæorum rejectione & vocatione gentium, (2) & visiones ac somnia Esdræ vaticina (16) complexus. *Esdra capp. 16.*

η. *Estheris additamenta*, quibus Machabæi somnium, indiciumque proditionis Regi factum, (2) Artaxerxis adversus Judæos edictum, (3) & Estheræ lamenta, preces & supplicatio apud Regem pro populo, (6) texuntur. *Estheræ Addit. capp. 6.*

θ. *Historia Susanna*, quâ crimen à duobus senibus Susannæ intentatum, (27) judicium mortis adversus Susannam latum, (44) & Susannæ
mi-

mira liberatio textitur. (65) *Susanna* v. 65.

γ. *Historia Belis*, ubi cultus Beli à Daniele negatus, (5) fraus Sacerdotum Belis, (17) & idoli Belis interitus, (21) narratur. *Belis historia* v. 21.

η. *Historia Draconis*, quâ & Danielis facinus Draconem interimentis, (26) & Danielis in foveam coniecti, (39) ac ex eadem liberati (41) historia textitur. *Historia Draconis* vers. 41.

θ. *Hymnus Azaria*, ubi Azariæ peccata confitentis, Deumque laudantis pietas, (10) iræ Divinæ & excidii finalis populi deprecatio, (22) denique hymni ipsius eventus, (27) commemorantur. *Azaria hymni* v. 27.

μ. *Canticum trium puerorum*, Doxologiam eorum in fornace positum, (36) & ex fornace eluctantium (40) continens. *Cantici trium puerorum* v. 40.

ν. *Oratio Manassis*, quâ Manasses tremenda Dei judicia narrans, & gratiam erga resipiscentes prædicans, (7) peccata sua confitetur, gratiam Dei implorat, (13) & vo-

tum

tum perpetuæ laudis Deo nuncupat. (14) *Orationis Manassis vers.*

14.

b. *Historici, propriè tales*, historiam gestam narrantes. Sunt autem illi tres.

a. *Liber primus Machabæorum*, quo occasio historiæ Machabæorum, tyrannis videlicet Antiochi Epiphanis, (1) & historia Machabæorum, Ducibus Mattathia, & tribus filiis, Juda Machabæo, Jonathane & Simone, (16) panditur. *Libri I. Machabæorum capp. 16.*

b. *Liber secundus Machabæorum*, Epistolam geminam à Judæis Hierosolymitanis ad Ægyptios missam, (2: 1-20) Epitomen Jasonis Cyrenæi, historiam Antiochi Epiphanis, & Judæ Machabæi, aliorumque complexam, (12: 1) & Epitomen ex Callinico, seu alio quopiam, Judæ Machabæi & Antiochi Eupatoris, aliorumque historiam complexus, (15) *Libri II. Machabæorum capp. 15.*

γ. *Liber tertius Machabæorum*, quo Ptolomæi Philopatoris conatus impius irrumpendi in Sanctum Sanctorum, (2: 1-23) & animus ejusdem erga populum Judaicum vindictæ

dictæ cupidus, denique in meliorem
commutatus, (7) exponitur. *Libri*
III. Machabæorum capp. 7.

II. *Apocryphi ab Ecclesiæ lectione remoti.*
qui olim Græcæ editioni juncti, à
Latina verò aliisq; omiſsi, adeo-
que à Lectione Ecclesiæ remoti
sunt. Sûntque

1. *Fragmenta* nonnulla, veluti
 - a. Appendices libri Job, genealogia ejus,
oratio uxoris ad ipsum, aliâque,
 - b. Psalmus 151,
 - c. Præfatio Threnorum Jeremiæ.
 - d. Fragmentum Siracidis.
2. *Liber integer.* puta quartus Machabæo-
rum, gesta Johannis Machabæi, seu Hir-
cani complexus,

CAPUT II.

DE

Libro Sapientiæ.

TRia liber hic complectitur.

I. *Sapientiæ documenta varia.* Cap.
I--VII. ubi sunt documenta

1. Generalia. cap. 1--6.
2. Specialia. (6)

II. Sa-

II. Sapientie acquisitionem. Cap. VII-IX.
ubi est

1. Origo Sapientie. (7)
2. Modus eam acquirendi. (8)

III. Orationem Solomonis personati. Cap.
IX-f. ubi sunt

1. Dei compellatio. (9:1-4)
2. Precatio Sapientie. cap. 9:4-f.) ubi
 - a. Ejus necessitas. (9:4-f.)
 - b. Usus exemplis varie demonstratus.
(10-13)
 - c. Vanitas insipientum, idololatrarum in-
primis. (13-16)
 - d. Dei erga Sapientes judicia. (16-f.)

CAPUT III.

DE

Libro Ecclesiastici.

QUatuor libro hoc continentur.

- I. Origo Sapientie. Cap. I-10.
- II. Gnoma de pietate & virtutibus
varia. Cap. I. 10-XLIV.
- III. Laudatio S. Patrum. Cap. XLIV--
LI. puta
 1. Patriarcharum. (44)
 2. Moſis, Aharonis, Phineæ. (45)
 3. Joſuæ,

3. Josuæ, Calebi, &c. (46)
4. Nathanis, Davidis. (47)
5. Eliæ, Ezechix, &c. (48)
6. Josiæ, Jeremiæ, Ezechielis, &c. (49)
7. Simonis filii Oniæ. (50)

IV. *Oratio Siracidis.* Cap. L

CAPUT IV.

DE

Libro Tobix.

DUO hoc libro narrantur.
 I. *Historia Tobiti.* Cap. I-XIV. ubi

1. Ejus genus, pietas, deportatio. (1)
2. Status afflictus, excœcatio. (2)
3. Status in melius mutatus. cap. 3-14. ubi
 - a. Oratio Tobiti & Saræ. (3)
 - b. Tobix junioris ablegatio. cap. 4-14. ubi
 - u. Tobix patris monita ad filium. (4)
 6. Expeditio ejusdem, adjuncto comite. (5)
 7. Res gestæ. puta
 - x. Piscis captus. (6)
 2. Desponsatio cum Sara. (7)
 3. Matrimonium cum eadem. (8)
 7. Debitum à Gabele exactum. (9)
 7. Dimissio. (10)
 - el. Reditus in patriam. (11)

s. Ra.

s. Raphaëlis revelatio. (12)

z. Oratio Eucharistica. (13)

II. *Historia obitus Tobii & Tobiae. Cap.*
XIV.

CAPUT V.

DE

Libro Baruchi.

DUO hic continentur.

I. *Historia libri Baruch. Cap. I.*
1-15.

II. *Baruchi liber ipse. Cap. I. 15-f. ubi sunt*

1. Confessio peccatorum. ubi

a. Confessio ipsa. (1:15--f.)

b. Prædicatio justitiæ Dei. (2)

c. Oratio. (3:1--9)

2. Officii explicatio. (3:9--f.)

3. Parænesis ad patientiam. (4)

4. Consolatio populi. (5)

CAPUT VI.

DE

Epistola Jeremie.

PARTES duæ hujus sunt Epistolæ.

I. *Prophetia de captivitate Babylo-
nica instanti. V. 1-3.*

II. *Pa-*

II. *Parænesis ad captivos, ne idola colant.*
V.3--f.

CAPUT VII.

DE

Libro Judithæ.

DUO hic liber narrat.

I. *Nabuchosodonosoris res secundas.*
Cap.I--VIII. ubi

1. Ejus victoria contra Arphaxadum. (1)
2. Res gestæ per Holofernem. ubi
 - a. Holofernæ inauguratio. (2:1--12)
 - b. Res gestæ.
 - α. Victoriæ in Cilicia & Arabia. (2:12--f)
 - β. In Syria, &c (3)
 - γ. Terror Judæis incussus. (4)
 - δ. Achioris consilium contra Judæos. (5)
 - ε. Ejusdem in castra Judæorum abductio. (6)
 - ζ. Bethuliæ obsidio. (7)

II. *Res ejusdem adversæ, exitium Holofernæ.* Cap.VIII--f. ubi

1. *Instrumentum* Judithæ. cap.8--14.
 - a. Ejus magnanimitas. (8)
 - b. Pietas. (9)

c. Industria

- c. Industria, quâ
 - a. Venit ad Holofernem. (10)
 - β. Fugæ causam indicat. (11)
 - γ. Cum eo cœnat. (12)
 - δ. Eum obtruncat. (13)
- 2. *Consequentia*. puta
 - a. Assyriorum terror. (14)
 - b. Fuga, spoliatio. (15)
 - c. Carmen Judithæ Epinicion. (16)

CAPUT VIII.

DE

Libro III. Esdræ.

DUO hoc libro narrantur. *memorant.*
 I. Templi Hierosolymitani destructio.
 Cap. I.

II. *Ejusdem restauratio*. Cap. II--f. ubi
 sunt ejus

- Antecedentia*. cap. 2--5. puta
 - a. Restitutio populi per Cyrum. (2)
 - b. Convivium Darii, & sententia de eo,
 quod fortissimum,
 - a. Juvenis primi, quod id sit vinum (3)
 - β. Secundi, quod Rex, & tertii quod
 mulier & veritas sit fortissima. (4)
- 2. *Restauratio*. cap. 5--8.
 - a. Cœpta. (5)

b. Im-

- b. Impedita.(9)
- c. Promota.(10)
- 3. *Consequentia*. cap.8-4. pūta
 - a. Eſdræ profectio Hieroſolymam.(8)
 - b. Reformatio.(9)

CAPUT IX.

DE

Libro IV. Eſdræ.

DUæ ſunt libri hujas partes.

I. *Prophetia de Judeorum rejectione.* Cap.I--III.ubi

- 1. Eſdræ concio ad Judæos.(1)
- 2. Synagogæ Threnus, & promiſſiones N. Teſt.(2)

II. *Eſdræ viſiones & ſomnia.* Cap.III--f. ubi

- 1. *Viſio oblata per Urielem.* cap.3--II ubi
 - a. Eſdræ querela de Babyloſiis.(3)
 - b. Urielis reſponſum.quo
 - α. Populi malitiam exponit.(4)
 - β. Signa ultimi temporis promit.(5)
 - γ. Deus interloquitur.(6)
 - δ. Angelus Chriſti adventum præ-nuntiat.(7)
 - ε. Idem paucos ſalvatum iri docet.(8)
 - ζ. Signa adventus Chriſti exponit.(9)
 - η. Vi-

1. Viduam filio orbatam consolatur.
(10)

2. *Somnium vaticinum prius.* cap. II--13.

a. De aquila, & leone aquilæ exilium denuntiante. (11)

b. De aquila penitus consumpta. (12)

3. *Somnium posterius* de viro ex mari surgente. (13)

4. *Visio Dei* in rubo, & legis restauratio. (14)

5. *Visiones contra gentes,*

a. Egyptios, Asiaticos. (15)

b. Babylonios. (16)

CAPUT X.

DE

Additamentis Estheris.

Quatuor in additamentis hisce narrantur.

I. *Mardochei Somnium.* Cap. I-III.

ubi

1. Somnium de 2. Draconibus. (1)

2. Indicium prodicionis ab eodem Regi factum. (2)

II. *Artaxerxis edictum contra Judeos.*
Cap. III.

III. *Estheræ preces & supplicatio pro populo.* Cap. IV-VI. ubi

E

1. Plan-

1. Planctus ejus & preces. (4)
2. Supplicatio apud Regem. (5)

IV. *Artaxerxis edictum pro Judæis servandis.* Cap. VI.

CAPUT XI.

DE

Historia Susannæ.

TRia hîc narrantur.

I. *Crimen Susannæ intentatum.* V. I--28.

II. *Judicium adversus eandem.* V. 28--44.

III. *Ejusdem liberatio per Danielem.* V. 44--f.

CAPUT XII.

DE

Historia Belis.

TRia narrantur.

I. *Cultus adorationis Beli à Daniele negatus.* V. I-6.

II. *Fraus Sacerdotum Belis à Daniele Cyro detecta.* V. 6-20.

III. *Belis, Sacerdotum & Templi ejus interitus.* V. 20-f.

CA-

CAPUT XIII.

DE

Dracone Babylonico.

Triplex hinc historia pertexitur.

I. *Historia Draconis à Daniele interempti. V. 22-27.*

II. *Historia Danielis in foveam leonum con-
jecti. V. 27-40.*

III. *Liberatio Danielis ex fovea. V. 40-f.*

CAPUT XIV.

DE


Hymno Azariae.

Hymno hocce narrantur

I. *Azariae & sociorum precatio. V.
4-11.*

II. *Eorum deprecatio excidii populi. V.
11-23.*

III. *Hymni eventus. V. 23-f.*



CAPUT XV.

DE

Cantico trium puerorum.

IN Cantico hoc duo continentur.

I. Doxologia trium sociorum in fornace.
V.1--3.

II. Doxologia eorundem ex fornace liberatorum. V.3--f.

CAPUT XVI.

DE

Oratione Manassis.

Tria in Oratione hac habentur.

I. Narratio iudiciorum & gratiae Dei.
V.1--8.

II. Peccatorum confessio. V.8--14.

III. Voti nuncupatio. V.14-f.

CAPUT XVII.

DE

Libro I. Machabæorum.

Partes libri huius duæ sunt.

I. Occasio historie, tyrannis Antiochi Epiphanis. Cap. I.

II. II.

II. *Historia ipsa Machabæorum, sub ducibus Matthathia, Juda, Jonathane, & Simone. Cap. II-f. Vide historiam sub Ducibus*

1. *Matthathia.* (2)
2. *Juda Machabæo.* cap. 3-9:28. ubi ejus
 - a. Bella contra Antiochum. (3.4)
 - b. Contra gentes varias. (5)
 - c. Contra Antiochum Eupatora. (6)
 - d. Contra Demetrium. (7)
 - e. Fœdus cum Romanis. (8)
 - f. Bellum contra Bacchidem. (9:1-28)
3. *Jonathane.* cap. 9:28-13. ubi est ejus
 - a. Successio. (9:28-32)
 - b. Bellum contra Bacchidem. (9:32-f.)
 - c. Amicitia cum Alexandro. (10)
 - d. Fœdus cum Demetrio, ab eodem violatum. (11)
 - e. Fœdus cum Sparthanis & Romanis. (12)
4. *Simone.* cap. 13-f. ubi sunt ejus
 - a. Successio & arcis purgatio. (13)
 - b. Tranquillitas restituta. (14)
 - c. Amicitia cum Antiocho Sedere, sed violata. (15)
 - d. Mors. (16)

CAPUT XVIII.

DE

*Libro II. Machabæorum.***T**Res sunt libri hujus partes.**I.** *Epistola gemina ad Ægyptios à Judæis missa.* Cap. I--II. 20. ubi

1. Epistola prima, invitatoria ad festum Scenopegiæ. (1:1--10)
2. Epistola 2. invitatoria ad festum purgationis Templi. (1:10--2:20)

II. *Epitome historiae Jasonis Cyrenai.* Cap. II. 20--XII. 2. ubi

1. Præfatio. (2:20--f.)
2. Historia Jasonis contracta. cap. 3--12: 2. ubi
 - a. Heliodori pœna. (3)
 - b. Historia sub Antiocho. cap. 4--12. ubi
 - α. Jason, Menelaus, Onias cœsus. (4)
 - β. Antiochus Hierosolymis sæviens. (5)
 - γ. Vis ab eodem religioni illata. (6)
 - δ. Martyrium 7. fratrum. (7)
 - ε. Judas victor. (8)
 - ζ. Antiochi interitus. (9)
 - η. Templi purgatio. (10)
 - θ. Lysias victus. (11)

III. *Epi-*

III. *Epitome ex Callinico. Cap. XII. 2--f.*
ubi

1. Judæ victoria contra foedifragos. (12)
2. Poena Menelai Pax. (13)
3. Nicanoris insidiæ. Razia mors. (14)
4. Nicanoris victi ignominia. (15)

CAPUT XIX.

DE

Libro III. Machabeorum.

Libro hoc continetur

I. *Ptolomæi conatus irrumpendi in sanctum sanctorum. Cap. I-II. 24. ubi*

1. Ejus conatus. (1)
2. Simonis Pontificis preces contra eum, & Rex flagellatus. (2:1--24)

II. *Ptolomæi animus erga Judæos hostilis, denique mitigatus. Cap. II. 24--f. ubi sunt*

1. Judæorum tentatio. (2:24--f.)
2. Persecutio eorundem. cap. 3--6. ubi
 - a. Mandatum Regis geminum. (3)
 - b. Captivi Alexandriam in hippodrum abducti. (4)
 - c. Mandatum de adducendis Elephantis. (5)
3. Liberatio eorundem. (6:1--28)
4. Regis animus mitigatus. ubi

E 4

a. Con-

- a. Convivium ab eo Judæis instructum.
(6:28--f.)
- b. Comineatus & reditus captivorum. (7)

CAPUT XX

DE

Libris Apocryphis ab Ec- clesiæ lectione remotis.

Sunt hi duûm generum. puta

- I. *Fragmenta.* puta
 - a. Jobi nonnulla.
 - b. Davidis Psalmus 151.
 - c. Præfatio Threnorum.
 - d. Fragmentum Siracidis.
- II. *Liber integer.* puta quartus Machabæorum.



LIBER